PREDRAGOCJENA KRV ISUSOVA

Sve pjesme, molitve i čitanja imaju danas za predmet krv Isusovu, prolivenu na križu i za nas na oltaru posvećenu. »Zar nije blagoslovljeni kalež, koji blagoslivamo, zajednica krvi Kristove?« (prik. pj.). Ona je na križu bila cijena našeg spasenja, a na oltaru je sredstvo našeg pomirenja i života. Sadržana je i pod posvećenim prilikama kruha, a kod pričesti svećenika pod obje prilike dolazi do izražaja sakramentalno Kristovo žrtvovanje i naše sjedinjenje s njegovom žrtvom. Zdravo, krvi Isusova!

INTROITUS Redemísti nos, Dómine, in sánguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et pópulo, et natióne: et fecísti nos Deo nostro regnum. Ps. Misericórdias Dómini in aetérnum cantábo: in generatiónem et generatiónem annuntiábo veritátem tuam in ore meo. Glória Patri.	ULAZNA Otkupio si nas, Gospodine, svojom krvi od svakog plemena i jezika, od svakog puka i naroda, i učinio si nas kraljevstvom za Boga našega. – Ps 88. Milosrdna ću djela Gospodnja pjevati u vijeke; svojim ću ustima navješćivati tvoju vjernost kroz sve naraštaje. – Slava Ocu… Otkupio si…
ORATIO Omnípotens sempitérne Deus, qui unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus Sánguine placári voluísti: concéde, quaésumus, salútis nostrae prétium solémni cultu ita venerári, atque a praeséntis vitae malis ejus virtúte deféndi in terris ; ut fructu perpétuo laetémur in caelis. Per eúmdem Dóminum.	MOLITVA Svemogući vječni Bože, koji si jedinorođenoga Sina svoga postavio za Spasitelja svijeta i odredio da ti njegova Krv bude na pomirbu, podaj, molimo, da cijenu našega spasenja svečanom službom tako štujemo i da nas njezina moć tako štiti od zla u ovom životu, da joj vječni plod uživamo na nebu. Po istom Gospodinu…


EPISTOLA Fratres: Christus assístens póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis ; neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, aetérna redemptióne invénta. Si enim sanguis hircórum, et taurórum, et cinis vítulae aspérsus, inquinátos sanctíficat ad emundatiónem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti ? Et ídeo novi testaménti mediátor est: ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum praevaricatiónum, quae erant sub prióri testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt, aetérnae hereditátis, in Christo Jesu Dómino nostro.	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Hebrejima (9, 11–15) – Braćo, Krist veliki svećenik budućih dobara, nakon što je prešao kroz veći i savršeniji šator, koji nije učinjen rukama, to jest ne pripada ovom svijetu, ušao je, jednom zauvijek, u vječno svetište, ne krvlju jaraca ili junaca, nego vlastitom krvlju, pošto nam je stekao vječni otkup. Ako krv jaraca i volova i posipanje pepelom junice posvećuje okaljane dajući njihovu tijelu zakonsku čistoću, koliko će više krv Krista, koji samoga sebe neokaljana Bogu prinese po Svetom Duhu, očistiti našu savjest od mrtvih djela, da služimo živome Bogu? On je zato posrednik novoga zavjeta, da po smrti, koju je podnio za otkup počinjenih prestupaka u prvom zavjetu, svi izabranici prime obećanu vječnu baštinu u našem Gospodinu Isusu Kristu.
GRADUALE Hic est qui venit per aquam et sánguinem, Jesus Christus: non in aqua	GRADUAL Ovaj je došao u vodi i u krvi, ne samo u vodi nego u vodi i

solum, sed in aqua et sánguine. Tres sunt, qui testimónium dant in caelo: Pater, Verbum et Spíritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra: Spíritus, aqua et sanguis: et hi tres unum sunt. Allelúja , allelúja. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est. Allelúja.	u krvi. Trojica svjedoče na nebu: Otac i Riječ i Duh Sveti, i ova trojica su jedno. I troje svjedoči na zemlji: Duh i voda i krv, i ovo je troje jedno. Aleluja, aleluja. Ako prihvaćamo svjedočanstvo ljudi, Božje je svjedočanstvo veće, aleluja.
EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem. In illo témpore: Cum accepísset Jesus acétum, dixit: Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. Judaéi ergo (quóniam Parascéve erat) ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit,	EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Ivanu (19, 30–35) – U ono vrijeme, kad je Isus okusio ocat, reče: »Svršeno je!« I nakloni glavu i predade duh. Budući da je bio dan priprave i da tjelesa ne bi ostala na križu u subotu (jer je one subote bio veliki blagdan), Židovi zamole Pilata da im se prebiju noge pa da se skinu. Vojnici dođu i prebiju noge obojici raspetih s Isusom. Ali, kad su došli do Isusa i vidjeli da je već umro. ne prebiju mu noge, nego jedan vojnik kopljem otvori njegova rebra, i odmah poteče krv i voda. Onaj koji je to vidio svjedoči, i njegovo je

testimónium perhíbuit: et verum est testimónium ejus.	svjedočanstvo istinito.
OFFERTORIUM Calix benedictiónis, cui benedícimus, nonne communicátio sánguinis Christi est ? et panis, quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini est ?	PRIKAZNA Zar nije blagoslovljeni kalež, koji blagoslivamo, zajednica krvi Kristove? Zar nije kruh, koji lomimo, zajednica tijela Kristova?
SECRETA Per haec divína mystéria, ad novi, quaésumus, testaménti mediatórem Jesum accedámus: et super altária tua, Dómine virtútum, aspersiónem sánguinis mélius loquéntem, quam Abel, innovémus. Per eúmdem Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Po ovim božanskim otajstvima, molimo, da pristupimo k Isusu, posredniku novoga Zavjeta, i da na tvojim oltarima, Bože svake moći, ponovno poteče krv koja zaziva rječitije nego Abelova. Po istom Gospodinu...
PRAEFATIO DE SANCTA CRUCE Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt	PREDSLOVLJE SVETOGA KRIŽA Uistinu je dostojno i pravedno, pravo i spasonosno, da vazda i svagdje zahvaljujemo tebi, Gospodine, sveti Oče, svemogući vječni Bože: – ti si odredio spasenje ljudskog roda po drvu Križa, da se opet rodi život ondje gdje je nikla smrt, i onaj koji je na drvu pobijedio, bude pobijeđen na drvu po Kristu Gospodinu našemu. – Po njemu tvoje veličanstvo hvale anđeli klanjaju se gospodstva i dršću vlasti.

Potestátes. Caeli caelorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:	Nebesa i nebeske sile i blaženi serafini zajedničkim klicanjem slave. Daj, molimo, s njima i naše glas primi dok govorimo poniznim hvalospjevom:
COMMUNIO Christus semel oblátus est ad multórum exhauriénda peccáta: secúndo sine peccáto apparébit exspectántibus se in salútem.	PRIČESNA Krist se žrtvovao jedanput, da uzme grijehe svih; drugi će se put pokazati bez grijeha onima koji ga iščekuju za spasenje.
POSTCOMMUNIO Ad sacram, Dómine, mensam admíssi, háusimus aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris: sanguis ejus fiat nobis, quaésumus, fons aquae in vitam aetérnam saliéntis. Qui tecum vivit.	POPRIČESNA Pripušteni k svetom stolu, Gospodine, u radosti smo crpili vodu iz vrela Spasiteljeva; njegova krv neka nam bude, molimo, vrelo vode koje ključa u vječni život. Koji s tobom živi...

Više informacija: http://sites.google.com/site/tradicionalnamisa/


I.N.R.I.